NICOLAUS DE LYRA
Österreich (Salzburg), 1457 Seite 190r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26859
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Ad Titum

Potest etiam addi alia causa
scilicet ut Timotheus cum
uenerit ad apostolum sicut
cum sic esse solitarium Deo sub
ditur festina ante hyemem
venire Aliter propter importun
tatem temporis posset iter suum
minus retardare et quia magna
pars uie est per mare in quo
non est tutum in hyeme naugua
re Ultimo salutat timotheum
et primo ex parte amicorum dicens
Salutat te Eubulus et pudens
Secundo ex parte sua dicens Dns
ihus xpus cum spiritu tuo
qui est anime uita effectiue in
Ecclesia dei que est anime uita
formaliter uobiscum Amen

Explicit postilla
magistri Nicolai de
lira super epistolam
sancti pauli ad timotheum
Incipit consequenter
exposicio super epi
stolam ad Titum
Capitulum primum

Paulus
seruus
dei apo
stolus
autem
ihu xpi
secundum fi
dem et

Hic incipit epla pauli ad ti
tum que diuidit in tres partes
scz in salutacionem et persecucionem
ibi huius rei gratia et conclusionem
ibi Salutant te in fine eple
In prima parte primo ponit persona
salutans quantum ad nomen
cum dicit Paulus et cum huius dicit
in primo eple ad Romanos et
quantum ad religionem cum dicit
Seruus dei .i. fidelis xpianus
et quantum ad officii dignitatem
cum dicit Apostolus autem ihu xpi
secundum fidem .i. ad predicandum fidem
et argumentum ultatis dei hoc di
cit ad excludendum scias humanitus
inuentas in quibus est aliqua
falsitates admixtae vt patet per Aristo
quia licet inter alios phos veri
stripserit aliqua tamen falsa admisi
cum ut de etnitate mundi et de mundo
intelligencia et huiusmodi quia secundum
pietatem est .i. ad uerum dei cul
tum ordinata in spem uite
eterne per hoc consequende quam
promisit qui non mentitur deus
cum sit ipsa regula ueritatis
ante tempora secularia .i. ab eterno
et accipitur hic promissio pro predesti
nacione dei qua ab etno ordi